

duo notanda sunt, primum, quod d.l. 36. non est dispositio juris novi inductiva sed juris naturalis; & rei existens declarativa, cum vergat ad directionem subditorum, & vassallorum defensionem Principis officio inhaerentem, & jure naturali inductum tradunt Alvar. Valaf. consil. 100. Art. de Petra de potestate Principum, c. 3. quest. 3. num. 35. vers. ex hoc patet. num. 39. Covar. præt. quest. c. 1. n. 2. & idem facit Valaf. consil. 73. num. 5. Sese in decis. 113. n. 2. & 3. ubi comprobatur, qui enim declaratur, nihil novi inducit, sed rei existentiam demonstrat; & sic cessat difficultas, quod Principes secularis non possunt legem promulgare super Ecclesiasticas personas, aut res spirituales; licet verum sit, quod in corroborationem juris Canonici, & naturalis, & in ejus utilitatem valida erit lex ut docent Morla, in Empor. jur. tit. de leg. num. 24. & 25. Joan. Gutierrez. l. 2. præt. q. 1. n. 4. & cum hæc lex Regia disponat in auxilium juris Canonici prohibentis violentias oppressiones, & ne judex in contemptum superioris exequatur sententiam, penitente legitima appellatione, ideo validè procedere dicetur, maximè cum, ut dixi, nihil novi inducat, facit l. adeo, s. cum quis fide acquir. rerum domi, ibi. cum enim grana, quæ spinis continentur, perfectam habeant suam speciem; qui excusit spicas non novam speciem facit, sed eam, quæ et detegit; & quæ in ejus comprobationem latissimè nos deduximus infra, 4. p. cap. 10. per totum.

26 Secundū, notandum est, quod cùm sacra Catholica Majestas supremus Princeps sit, nullum in temporalibus recognoscens superiorē, nec etiam Imperatorem quia ipsi non subest, ut latissimè probat plurimis Doctoribus concord. Mart. in tract. de jurisd. 1. p. cap. 26. num. 68, ubi etiam à n. 96. de regno Portugalliae, & de aliis sigillatim regnis. & Regibus ibi à n. 68. Cardinal. Tusc. præt. concl. litera R. concl. 345. & de Rege Portugalia concl. 348. & de Rege Aragonum concl. 341. & de aliis Regibus concl. 338. cum seqq.

Eius alterationi scilicet Regibus Hispaniæ de jure, & consuetudine immemoriali competere potestatem tollendi violentias ab Ecclesiasticis judicibus illatis standum est, qui probat etiam in facto proprio, ut per Clem. si summus Pontifex, de sentent. excommunic. & post Quintilian. Mandos. & alios plures probat Meloch. consil. 100. num. 24. maximè cùm simus in antiquis, in quibus Princeps fundat intentionem suam, nam ejus assertio probat etiam in præjudicium tertii, late post alios plures Cravet. in tract. de antiquit. tempor. cap. 2. num. 25. Mandos. ad Lapum. allegatione 7. late prosequitur Mafcar. de probat. 3. tom. conclus. 1228. & per rotum, & quid mirum, si etiam Doctoribus attestantibus de consuetudine sit credendum, ut inferius dicitur, cùm Princeps sit lex viva?

Argumenta contra recursum ad Regem.

28 Sed contra ejusdem legis Regie principalem intentionem, ut scilicet supremis Principibus secularibus, nec de jure, nec de consuetudine competit, nec competere possit hujusmodi cognitio, & potest tollendi violentias ab Ecclesiasticis personis, & judicibus commissariis, fortia pugnant argumenta; & in primis dispositio Concilii Tridentini Ieff. 2. s. c. 3. ibi: Nefas sit seculari cuilibet magistratu, prohibere Ecclesiastico iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, aut latam excommunicationem revocet, sub prætextu quod contenta in præsenti decreto non sint observata, cùm non ad secularares, sed ad Ecclesiasticos haec cognitio pertinet, &c. Que quidem Concilii verba directo repugnare videntur huic cognitioni per viam violentia, & recursus ad Regem nostrum. Quid etiam confirmatur ex d. Concil. Trid. Ieff. 2. s. c. 20. ubi hortatur Reges, &

Principes, ne permittant Ecclesiasticos à judicibus secularibus, in aliquo offendit, vel gravari.

Secundo fortius urget Bulla in Cœna Domini quantum promulgata Romæ in Cœna Domini, scilicet c. 14. 15. & 16. & hujus casus verba sunt: Nec non qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque superiores, vel inferiores Prælatos, & omnes alios, quoquaque judices Ecclesiasticos, ordinarios quomodolibet impediunt, quominus sua jurisdictione Ecclesiastica contra quoquaque utantur, secundum quod Carones, & sacrae constitutiones Ecclesiastice, decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridentini statuant, aut etiam eos, qui post ipsorum ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum, quorumcumque sententias, & decreta, aut alias fori Ecclesiastici judicium, illudentes, ad Cancellarias, & alias curias secularis recurrent, & ab aliis prohibitiones, & mandata etiam pena orationis, aut delegatis prædictis, decerni, & contra illos exequi procurant; eos quoque, qui haec decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrociniū, & favorem in eisdem, &c.

Tertiū, fortiter pugnant Rotæ decisio resoluta anno 1599. quam referens ad literam transcribit Scle in tract. de inhibit. justitia Aragon. c. 8. §. 3. 2. 109. cuius sunt verba, ibi: Utraque parte infirmante, super dubio dato, an Paulus Lecanus fuit excommunicatus ob recursum ad tribunal secularis justitia Aragonum, in quo illius procurator obtinuerat firmam juris, ad inhibendum judicis Ecclesiastico, ne (appellatione pendente) aliquid innovaret; & ibi Domini responderunt illum ipso jure incidisse in sententiam excommunicationis, quia recurrendo ad judices secularares, causam præbuit, ut immunitas Ecclesiastica violetur, §. 16. Bulla in Cœna Domini, &c. Deinde quia hæc cognitio per viam violentia non solùm jure non fundatur, & competit, ut asseverat d. l. Regia 36. sed in modis infinita penè juris Canonici decreta refutant, ut statim; alia etiam plurimæ sunt decisiones Rotæ eodem modo loquentes, quas litteraliter retulimus infra à n. 254. cum seqq.

Deinde, & quartū contra consuetudinem immemorialem, quia eadem lex Regia affirmit hanc potestatem tollendi violentias inter Ecclesiasticas personas competere Regi nostro; non minora repugnant juridica fundamenta: etenim immemorialis consuetudo, & præscriptio licet vim habeat tituli, veritatis, & prærogativi, quod ex tanti temporis curriculo præsumit preefissæ) tamen talis immemorialis non suffragatur, quod evidenter apparet de invalido, & de injusto titulo, & iniquo principio, quia consuetudo immemorialis nullam incidit præsumptionem, quantumvis legitimè sit probata, ut verissimam conclusionem firmat late post alias, Mieres in tract. de maj. 4. p. q. 21. n. 58. & supra à n. 49. & 52. in 2. impress. Avendan. in tract. de exequon. manda. 1. p. c. 12. n. 6. fol. 8. 5. Parilius in tract. de confident. q. 28. Hieronym. Gonzal. in reg. 8. de altern. gl. 18. n. 48. Trivissa decis. 55. n. 69. Aloys. Ricc. in præt. Eccles. juris pars, decis. 144. n. 18. ubi testatur sacra congregacionem cœnuisse, Verall. in decis. 314. part. 3. Cœlent. decis. 21. num. 4. de proband. Cardin. Put. decis. 189. n. 5. lib. 1. & in decis. 222. lib. 3. & decis. 436. lib. 2. Sed de injusto titulo, & infecto principio apparet evidenter, & notoriè per innumerous juris Canonici decreta, disponentia, ut causa clericorum super eorum rebus, & temporalibus, & spiritualibus, ad secularia iudicia non trahantur, c. at si clerici, de jud. c. si diligenter, c. si judec. laicus, de sententia excommunicationis, lib. 6. imo & cùm hæc cognitio per viam violentia procedat contra iura illi resistentia, jam in Principe, & ejus Senatori, nec necessari datur mala fides, juxta l. quemadmodum C. de agricol. & censi. l. qui contra iura, ff. de regul. jur. non dubium, C. de legib. cùm concordan. Unde laicus possidens spiritualia, semper præsumitur esse in mala

fide

fide, ut dicit Innocent. in c. constitutis, de eleccio & Bal. in l. superlongi. col. 4. C. de prescript. 30. ann. Mart. in tract. de jure. 4. p. cent. 1. casu 47. n. 5. sed consuetudo immemorialis non habet juris effectum, nec locum habet, ubi datur mala fides, Mininger. cent. 1. obseru. 30. Jafred. in decis. 69. Bald. de prescript. p. 3. tit. de bona fide. q. 6. Aloys. Ricci, in præz. jur. patr. d. decis. 144. sub n. 18. vers. secundus est casus, & nos latius diximus infra 3. p. c. 10. vers. ex quibus deducitur quod licet, à n. 182. ergo hujusmodi consuetudo procedere non potest.

35 Quintū, quia hujusmodi consuetudo nimis est præjudiciale statui Ecclesiastico, & contra libertatem Ecclesiæ, quæ quidem omni jure similis consuetudo reprobata est; quia cùm exemplo clericorum sit jure dii vino (saltim in spiritualibus) introducta, nulla potest confundire tolli, C. clerici, de judicis, ibi: Non debet in hac parte Canonis præjudicium generare, &c. text. in c. cum terra, de electione, ubi damnatur quedam confusione contra Ecclesiam, ibi, quia in gravamen, & periculum Ecclesiastica libertatis redundat; text. in c. cum inter. text. in c. ad nostram, de consuetud. text. in authentic. Cassa. C. de sacros. Ecclesiæ, & quod talis consuetudo sit nullius momenti, decidit Rota decis. 804. de consuetud. in antiqu. quod & probatur ex d. Bull. in Cœna Domini cas. 15. ibi, ex quavis causa, & quovis qualitate colore, aut etiam prætextu cojusvis consuetudinis, aut privilegi, &c. ex qua resultat, quod non solùm prohibetur confusione hoc casu, sed etiam revocatur privilegium quodlibet ei contrarium.

36 Sextū, quia ubi datur in præscribente incapacitas, etiam consuetudo immemorialis non suffragatur, latè prosequitur Marta de jurisd. 4. part. cent. 2. casu 47. per rotum, ubi alios allegat, quia laicus non potest se intromittere in spiritualibus, & ejus annexis, nisi aut de licentia Papæ, aut in casibus à jure sibi expressis, gl. in c. fin. 23. q. 1. quamad id dicit singularem Marta ibi n. 4. ergo cùm in Principe seculari detur incapacitas, non proceder consuetudo etiam immemorialis.

37 Septimū probatur, quia lex, consuetudo, & statutum regulatur à potestate indumentis consuetudinem; sed laici, qui non possunt inducere legem, aut consuetudinem contra clericos, ex defectu jurisdictionis, & potestatis, ut latè plures citant argumentatur Mart. de jurisd. 4. part. cent. 1. casu 64. per totum; ergo cùm hujusmodi consuetudo cognoscendi per viam violentia inter Ecclesiasticos est inducta à laicorum Rege, & eorum iudicibus, & tribunali supremo; ergo non debet valere, lege resistente, & ex defectu potestatis, cùm talis consuetudo si mere civilis, quia clericos non potest ad ejus observantiam adstringere, Covar. præt. c. 3. Azor. institut. moral. 1. tom. l. 5. c. 18. q. 12. latè Carolus de Graffis tract. de effelib. clerici effectu 2. n. 130. & 131. ubi de hoc articulo.

38 Octavū & ultimū facit, quoniam si aliqua ratione, hæc immemorialis consuetudo potest sustineri in re sui natura prohibitiva, maximè quia à jure inducitur, ac etiam facit præsumere præcessisse privilegium, & Principem illum concessisse, ut probant Doctores superius citati ad 4. argumentum, sed privilegium sponte concessum à Principe, potest illud revocare, ut notat post alios Marta de jure. casu 52. num. 6. ergo revocatum intelligitur, per Bullam in Cœna Domini, d. casu 15. ibi, aut prætextu cujusvis consuetudinis, aut privilegii, &c.

39 Quibus tamen, & aliis infinitis penè, quæ consulto omitto (cùm omnia & alia, quæ considerari possunt, sub relatis tamen virtualiter comprehendantur) non obstantibus, defendenda, & viribus omnibus tenenda est d. l. Regia 36. assertio, cùm sit juris naturalis declaratoria, & ex principio rationis naturalis induciture divino, Canonico, & positivo approbata, frequenti, & universali usu recepta, ac immemoriali consue-

tudine corroborata; ad cuius cognitionem, ut clare & distinctè procedamus, nonnulla necessaria, & utilia præmittenda sunt.

P R A E L U D I U M I.

S U M M A R I U M.

40 Dominus Deus noster omnipotens vi oppressorum protector auxilium & recursus dicitur ex sacra pagina testimonio.

41 Hec potest tollendi violentias protectio vi oppressorum à Domino Deo derivata, & in reges non cognoscentes superiores in temporalibus gradatim transfusa.

Michaeli Archangelo potestas concessa fuit in Cœlo propriandi violentiam superbiam Luciferi thronum Dei altissimi occupare cupientis, ibidem.

Reges in temporalibus Vicarit Christi Domini nostri electi fuere, ut in pace vassalos à violentiis defendant, ibid.

42 Non est potestas nisi à Deo, quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt.

43 Regimen à Deo Reges non simpliciter acceperunt, sed cùm qualitate vi oppressorum protectionis naturaliter illis annexa, & indivisibilis.

Rex est imago Reipub. & quasi Deus in terra, ibid. Regis proprium officium est, vi oppressos liberare, ibid.

44 Objectum, & finis supremi regimini est temporalis Pax publica, & vassallorum tranquillitas.

Ob bonum commune, & publicam subditorum utilitatem regnum creaturæ, & à Deo concessum est, ibid.

45 Deus Principem præfecit, ut homines malos compescat, & bonos tueatur ab oppressis.

46 Dei potentiam curare, regna oriri, & mutare, resque rejicere, aliosque creare, & vocare, ut ab aliis tyrannide, & oppressione populum tueantur, sacra pagina probatur.

47 Suprema Principis potestas temporalium non recognoscit superiorum in temporalibus, & eorum jurisdictione non data fuit eis à Pontifice.

48 Ante adventum Domini nostri Jesu Christi; summamque Clavium potestatem tradidit Ponitifici, jurisdictionem temporalis vigebat in Regibus immediatè data à Deo, mediante populo & causative, ibid.

49 Principes temporales in principio non cognoscentes superiore omnia tam temporalia quæ spiritualia regebant.

50 Exemptio Clericorum à jurisdictione seculari fuit deducta à Regibus Christianis, & concessa ob reverentiam sanctæ Ecclesiæ.

51 Privilegium exemptiorum Clericorum à tempore Constantini Imperatoris est concessum.

52 Deus in universo duos constituit Vicarios, ut in tranquillitate & pace respublica gubernetur.

53 Potestas temporalis habet ut objectum & finem felicitatem humanam, hoc est iustitiam & felicitatem via temporalis, & sic considerata, & erit ab spirituali distincta, & separata.

54 Dæ potestates, ubi simul reperiuntur in republica Christiana, unum corpus faciunt, subest tamen temporalis spirituali.

55 Summus Pontifex utramque habet potestatem, spirituali, & temporali; primam absolute, secundam in habitu, & potentia.

56 Summus Pontifex cessante causa spirituali, non utitur potestate temporali contra regimen Regum, & Principium temporalium.

R Ex Regum, & Dominus Dominantium, quæ superiore nullum, nec in terra, nec in caelo recognoscit, nec potest, Imperator ecclesiæ Deus, vi oppressorum protector, auxilium, & recursus dicitur; cuius omnipotentiam fortem, ac potentissimum